

& partes manuum considerat probabiliter corporis temperi- & ex hac probabilitate indagat anime propensiones.

43 Hinc deducitur, non licere interrogare Egyptianam de bona vel mala fortuna. Estque mortale in duplici casu.

De divinatione per somnia.

SUMMARIUM.

Somnia observare quando liceat? num. 49, 50, & 51. Divina somnia a diaboli et quibus signis discernantur? Et quid in dubio iudicandum sit? num. 52.

49 Prima conclusio fit. Somnia observare, quatenus bonam, vel malam corporis affectionem; & morbos quebre infellant, territant, conturbant, licitum est animo vertere, quibus ex causis accidunt.

50 Secunda conclusio. Somnia pravam aliquam animiaffectionem indicantia observare licet, v.g. somnia, quos crebro infellant, territant, conturbant, licitum est animo vertere, quibus ex causis accidunt.

51 Tertia conclusio. Observare somnia, quatenus in illis innosceat nobis veritas aliqua pertinens ad scientias speculativeas, vel ad res gerendas conferens, est licitum.

52 Quarta conclusio. Discernere divina somnia a diabolicis, est prudentis confessoris, et eo modo, atque eisdem regulis discernenda sunt, quibus divina revelationes a falsis discernantur.

53 Quinta conclusio. Somnia observare tunc est superstitiosum, quando extendunt se ad ea, que per ipsa cognosci nequeunt. Ut sunt velie per ea cognoscere futura contingentia, vel que ex arbitrio libertate pendunt.

optimo docet Delius lib. 4. c. 3. qu. 6. post. 5. conclusionem. Juxta id Ecclesast. 34. Nisi ad altissimum fuerit missa visitatio, ne des in somniis cor tuum.

54 Quare merito Cajet. eo art. 6. testatur se nunquam somnis variis sibi contingentibus fidem aliquam habere autem, quavis interdum eorum veritas effectum sit comprobata.

55 Idem demum observandum est, in somniis sapere usum rationis liberum, & expectandum esse. Quod experientia usum pertinet sit sapere tunc rationem res simpliciter plene cognoscere, etque vel componere inveniri, vel disjungere, rationari, judicare, mirari, nova quaedam invenire, reflectere ad suas actiones considerandas, judicandas, atque hominem tunc dubitare, secumque discipere, dormiat, nec ne.

56 Secunda conclusio. Somnia pravam aliquam animiaffectionem indicantia observare licet, v.g. somnia, quos crebro infellant, territant, conturbant, licitum est animo vertere, quibus ex causis accidunt.

De divinatione per fortes.

SUMMARIUM.

Quotiescunq; sint fortes, & divinatoria quando liceant, etiam in electionibus secularibus? num. 56, 57, & 58.

An liceant tempore pestis, aut persecutionis, ad discernendum qui ministri, aut medici mansuri sint, aut cui pauperis sit subveniendum, aut qui mittendi ad Indos? num. 59.

An liceat fortiri, quis ex reis damnandus sit, etiamsi non constet de reo? num. 60, & 61.

60 Tertio possunt vitari, si expectetur demonis moventis iuvata extrahentior fortis, auxilium, vel si fortes eo invocata mittantur, ut praviis aliqua eius promissione, ut predicatione.

61 Quando tamen non constet de persona, quae delictum

PRæmittendum est ex D. Thom. ab omnibus recepto 2. 2. qu. 95. art. 8. fortes proprie esse, cum aliqd sit, ut eius eventu considerato aliqd fiat, aut innosceat.

57 Prima conclusio fit. Stando in solo iure naturæ fortes divitorie sunt licite, ac prout sunt licite in casibus, in quibus ius humanum eas non interdicit.

58 Hinc deducitur primo, licere fortes has divitorias in electionibus ad officia secularia. Quia nullibi id reperitur interdicitum: quomvis enim textus ex finali, in fine, de sortilegus, videatur inditum esse casus in electionibus vetare, ibi: Sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnanus.

59 Secundo deducitur, licere tempore pestis, aut persecutionis Ecclesie, quando dicteptatio fuerit, qui pargehi, aut clerici, aut religiosi, manere debeant in loco persecutionis, aut pelle infecto, ut reliquis subveiant, nec aliter commode his læce componi valet, sortibus divitoris eligere.

60 Tertio deducitur, quod in militia est praxi receptum, ut forte excipiant, quis necandus sit. Quia aliaratione hoc dirimi nequit, sic Turrecem. 26. qu. 2. in summa num. 2. Leon. lib. 2. de iust. c. 43. dub. 9. num. 58.

61 Quando tamen non constet de persona, quae delictum commiserit, nullatenus licet fortibus eam indagare, quia præter divinationem ibi admittam, est periculum punitivum innocentis, si fors in ipsam cadat, aut rei, non legitime probato eius delicto.

62 Quarto deducitur, licere tempore tempestatis, quando gratia allevandæ navis, non omnes peccatores, qui necesse aliquos homines in mare prolicere, fortiri ex omnium consensu, quis projiciendus sit. Ita Marinus del Rio citatus numero 60.

62 Quarto deducitur, licere tempore tempestatis, quando gratia allevandæ navis, non omnes peccatores, qui necesse aliquos homines in mare prolicere, fortiri ex omnium consensu, quis projiciendus sit. Ita Marinus del Rio citatus numero 60.

63 At verò in iudiciis, ubi est dubium facti, aut juris licet fortibus iudicem uti, consuliendi sunt Glossæ de licet causam, verb. Uti possiderit, ad finem, de probat. & cap. in nostra, verbo Absorta, de testibus, & attest. Felinus eo c. Licet causam; ad finem, & c. Capitulum, num. 21. de scriptis. Imola d. c. in noia. Glossa li. unica, verbo Prohibet, in fine, c. ut possidetis, Abbas c. finali, num. 6. de sortilegus, & ibi Marinus Socinus fmo. n. 30. Ananias num. 12. Imola eo c. Licet causam, numero 23.

64 Secunda conclusio. Quomvis fortes esse divitorie sint ex se licite, polsunt vitari ex aliquibus extrinsecis circumstantiis adiunctis, sicut & reliqui actus humani.

65 Secundo possunt vitari eo, quod expectetur eventus a fortuna: & tunc ajunt D. Thom. Archid. Bellamera, D. Antonius, Sylvester. relati num. 18. non inesse vitium, nisi sortilegis vanitatis. Quod tamen intelligendum est, nisi more Gentilico fortientes se committant fortune, quasi Dei providitico fortientes se committant, tunc enim esset mortalis superstitio.

66 Tertio possunt vitari, si expectetur demonis moventis iuvata extrahentior fortis, auxilium, vel si fortes eo invocata mittantur, ut praviis aliqua eius promissione, ut predicatione.

67 Quarto possunt vitari, si in alii peccetur contra iustitiam distributivam. Ut fit in electionibus ad officia mititentur fortes inter dignos, & indignos: poterit enim fors cadere indigne, contra bonum commune, & reclam reipublice administrationem; & idem ut liceat has fortes, debent mitti inter solas personas eo munere dignas.

68 Quinto possunt vitari, si in alii peccetur contra iustitiam distributivam. Ut fit in electionibus ad officia mititentur fortes inter dignos, & indignos: poterit enim fors cadere indigne, contra bonum commune, & reclam reipublice administrationem; & idem ut liceat has fortes, debent mitti inter solas personas eo munere dignas.



atio, determinandum est: nec enim est mortale, ad mune-

68 Quotid possunt vitari, si alia ratione violatur iustitia commutativa. Ut si res in fortem exposita non sit for-

69 Sexto possit contingere irreverentia, seu irreligiositas, utendo libris Evangeliorum, aut rebus sacris, ad has

70 Tandem non debet expectari divinis voluntatis manifestatio extraordinario modo, ut per aliquod signum.

71 Tertia conclusio. Non licent fortes in electionibus Ecclesiasticis. Quia id interdicitur e finali, in fine, de fort-

72 Nec ipsi compromissarii ad eligendum in Ecclesiasticis, possunt fortibus eligi, nec fortibus conferri debet iurisdic-

73 Imo etiam in tractibus electionis sunt interdicitur fortes. Quod probat generalitas illius prohibitionis eo cap-

74 Hinc deducitur solutio eius quaestionis, an cum duo aequali electorum numero ad beneficium electi sunt, licet electionem alterutrius fortibus terminare? Affirmant Glos-

75 Imo est plures eligantur a majori parte, non ut omnes eo munere fungantur, sed ut fortes mittantur postea

inter illos, id non licet. Quia generalis est prohibiti do-

76 Secundo deducitur solutio eius quaestionis, An licet uti fortibus ad terminandas lites inter clericos? Et quidem si sint circa res temporales, constat id licere. Quod nullo iure id interdium reperitur: textus enim e finali de forti-

77 Quando vero electio est Ecclesiastica, ut ad beneficium, vel aliud officium Ecclesiasticum: quidam negant licere. Ducuntur ex dicto cap. finali. Ita Hostiensis, cap. unico, num. 6, de eo, qui mittitur in possessionem, in 6. Et ibi Joannes

78 Alii dicunt forte litem illam esse dirimendam. Quia textus d. e finali loquitur in hoc casu, sed in solis electionibus. At componentes fortibus litem non eligunt, cum 15, qui fors credit, non recipiat beneficium ex vi fortis, sed ex vi iuris, quod praestendebat, & per illas fortetantum auferunt impedimentum. Et ita tenent Glosa e. Licet

79 Sed optime rem hanc enodat Suarez tomo 1. de religione, lib. 2. de superstitioe, cap. 12. nu. 12. Et dupli sequenti, dicens litem hanc fortibus dirimi, non esse contra decisionem textus dicto e finali, quod probat ratio tradita nu. praecedenti: & quo ad hoc esse verum sententiam ibi relatam. Alia tamen ratione id non esse licitum ait propria auctoritate heri, bene tamen auctoritate iudicis Ecclesiastici & quo ad hoc verum esse priorem sententiam relatum nu. 77. Et ratio est, quia in libris beneficiabilibus cavendum est omnino periculum vitiosus ingressus in beneficium, qualis est absque legitimo illius titulo. Quod habetur e. unico, de eo qui mittitur in possessionem in 6. At quando auctoritate propria componitur lis hae, id periculum subest. Cum enim neuter litigans possit alteri sua auctoritate, si forte legitimum beneficium conferre, nec confert uter litigantium habeat titulum legitimum, est periculum, si forte alter litigans titulo iusto carebat, ut possidet beneficium absque illo. Praeterea quia omne pactum intium propria auctoritate circa beneficium Ecclesiasticum litigantium, est simoniacum cap. finali de pacis, & e. Quam pio 1. qu. 1. At utrumque vitium cessat auctoritate iudicis interveniente. Quia si utrumque pactum id in manu iudicis ineat, ut iuxta illud sententiam ferat, cessat simonia: cessat etiam vitiosus ingressus. Cum auctoritate iudicis utrumque fiat. Ex quo ego colligo iudicem hunc necessario futurum eum, cuius est conferre titulum eius beneficium, quod est legitimum. Quia si alius sit, non caretur periculum vitiosus ingressus. Et constabit ex dicendis numero 79.

80 Quare in electione Pontificis, quando inter duos discordia esset, uter verus electus sit, poterit discordia hae fortibus componi. Quia non adstringit illos jus Ecclesiasticum fortibus interdicens. Et ita docent Cardinalis, & Petrus de Monty, quos refert, & sequitur Felix, e. Capitulum num. 21. vob. Sed salvando, de refcripti, qui bene addit id necessario faciendum de consensu Cardinalium, quorum est electio. Quod probat ratio, quam tradidit numero praecedenti, in fine.

81 Demum circa fortes divisorias in his electionibus Ecclesiasticis, restat duplex difficultas. Prior est, an iure naturali interdicitur id enim videtur suaderi ex eo e finali, de fortile, ibi Licet nota non careat, quinimo multa reprehensione sit dignam, quod fors talibus interveniant. Et deinde Pontifex concludit interdicens sortium usum in electionibus Ecclesiasticis. At si antea id non esset iure naturali interdicitum, & re vera non erat jus humanum interdicens, non esset reprehensione dignum. Et confirmatur, quia D. Thom. 2. 2. qu. 95. art. 8. ab omnibus receptus, cum huius prohibitionis rationem reddit, quod electiones Ecclesiasticae sunt potius inspiratio divina, quam sortibus faciende. Quae ratio cum naturalis sit, probat id esse iure naturali interdicitum.

82 At dicendum est solo iure Ecclesiastico interdici. Quod docent Cajetan, in summa, vob. Sor, ad finem, Valenti, 2. disp. 6. qu. 12. p. 2. p. 3. columna 2. vob. Ex eodem e. Azor, tomo 1. inquit, moralium, lib. 9. cap. 21. qu. unica, vob. At vero in electionibus. Et eisdem sententiae sunt Doctores,

tes, quos numer. 57. retulimus dicentes, fortes divisorias nunquam esse illicitas, nisi quando iure Ecclesiastico interdicitur. Quod probat ratio ibi tradita. Nec obstant contraria adducta numero praecedenti. Nam ad prius respondeatur, ideo Pontificem dicere id esse reprehensione dignum, quia textu antiquiori, nempe, in cap. Quia propter, de elect. praescripta erat triplex harum electionum forma, & nulla erat per fortes. Eum autem textum esse antiquiorem, inde constat. Quia Innocentius III. qui auctor illius fuit, praescribit Hologium III. qui auctor fuit textus dict. cap. finali. Ad posterius dico, cum rationem non concludere id esse iure naturali interdicitum: sed est sola congruentia probans conveniens esse fortes in illis electionibus interdici.

83 Posterior est, an electio ad Ecclesiastica officia per fortes divisorias, sit ipso iure irrita? Abbas cap. finali num. 5. de fortilegii, affirmat eam esse irritam. Duciturque eo, quod sit contra prohibitionem illius textus. Et praeterea quod sit contra formam electionum traditam e. Quia propter, de electione. Sed melius Suarez, tom. 1. de religione, lib. 2. de superstitioe, e. 12. nu. 9. §. 10. ait ex vi textus dict. cap. finali non esse electionem ipso iure irritam. Quia est textus ille interdicit huiusmodi electionem: nullum tamen verbum irritans addit. Et ideo ait electionem Episcopii factam a compromissariis per fortes electis fuisse validam: de qua loquitur textus d. cap. finali. Quod satis indicat Glossa ibi, vob. Ad gratiam, ubi ait eam electionem esse irritandam. Nec obstant textus dict. cap. Quia propter, est enim dicat non valere electionem factam non servata forma ibi praescripta, ac proinde talem electionem ipso facto irritat. At in hoc casu servata est forma ibi praescripta: quidam enim ex tribus modis ibi contentis est, ut electio fiat per compromissarios, qui in hac electione servatus est, solumque in eligendis eorum per fortes modo fuit error: de quo modo nil in eo textu dicebatur.

84 Ex quo deducitur solam electionem Ecclesiasticam, de qua est sermo dict. cap. Quia propter, fore irritam, si fortibus fiat. Ut bene ait Suarez eo cap. 12. nu. 10. Et constat ex dictis numero praecedenti. Quia ibi irritatam esse facta ultra triplicem modum ibi contentum: ex quibus nullus est per fortes. At textus eo cap. Quia propter, non loquitur de omni Ecclesiastica electione, sed de sola Episcoporum, & aliorum praetorum Ecclesiasticorum, secularium, vel regularium, habentium iurisdictionem ad cognoscendum de causis criminalibus, & civilibus. Quod constat ex illis verbis textus, Magna pericula imminunt Ecclesiasticis. At Ecclesiasticus dignitatis, sed solus praetati ipsius Canonici, aut alteri sustinent Glossa ibi vob. Electio, Innocentius, ibi, statim in principio, Anton. num. 10. Abbas num. 7, & 8. Cardin. qu. 1. Anthon. 1. qu. 1. Baldus num. 9. hula num. 3. Ananias paulo post principium Bellamora num. 3. Henricus in principio nu. 1. & 3. Rosella verbo Electio, nu. 26. Angulus verbo Electio, nu. 29. Sylv. verbo electio 2. qu. 1. nu. 2. Et solus Hostiensis eo e. Quia propter, paulo post principium, verbo Videtur, dixit eum textum procedere quoque in electione quorumcumque ministrorum Ecclesiasticorum.

85 Quarta conclusio Sortes consultoriae raro sunt licitae. Quia Deus non vult suam voluntatem fortibus indagari, sed Ecclesiae, & sanctorum doctrina, ac petito a viris prudentibus consilio. Et ideo sub anathemate interdicitur cap. Sortes 26. qu. 5. Ad possunt esse licitae quatuor conditionibus concurrentibus. Prima est necessitas, alias enim esset Dei tentatio. Hanc autem necessitatem explicant Sylvest. & Margarita confessorum statim allegandi, ut sit necessitas spiritualis, ac temporalis, pericula, vel etiam rerum, ad magnum damnum vitandum. Secunda est, ut debita reverentia ad Deum mittantur sortes. Tertia est, ut servetur modus proportionatus, ne scilicet, sanctorum reliquiae, aut divina oracula convertantur ad secularia: id est, ut explicant Sylvest. & Margarita confessorum, ad temporalia lucra, secus ad damnum vitandum. Ultima est, ut sit licita debita materia, nempe, ut non sit circa electiones Ecclesiasticas. Quia est id specialiter interdicitum. Ut diximus. Ita docent D. Thom. 2. 2. qu. 95. artic. 8. Sylv. verb. Superstitio, 4. qu. 1. Armilla verb. Sor, numer. 2. Et ibi Tab. qu. 5. numer. 6. Margarita confessorum in prima praet. sol. 58. Azor, tom. 1. inquit, moralium, lib. 9. cap. 21. in fine.

86 Monuerim tamen fortis consultoriae non servatis praedictis conditionibus, non continere superstitioem divinariam, sed tentationem Dei. sicut si fiat sine necessitate, & vero secunda, & tertia conditio non serventur, erit aliquod sacrilegii genus. Et ita docet Suarez eodem cap. 12. numer. 25. Similiter erit sacrilegium iure humano indudum, si mittantur circa electiones Ecclesiasticas. Cum ob reverentiam rei spiritualis fiat fortes in illis interdicitum.

87 Secundo monuerim, hanc Dei consultationem posse dupliciter fieri. Priori modo intendendo, & expresse, aut tacite petendo a Deo signum aliquod extraordinarium, quo rem petitam manifestet. Et ut hoc licet, non satis est necessitas, sed exiguitas influentiae Dei valde specialis, & extraordinaria: alias non vitabitur tentatio Dei. P. Summa Th. Sanchez Pars 1,

feriori modo, quando fortibus intenditur impetrari a Deo occultam sortium directionem per speciale providentiam, quae est miraculum non continet, pertinet tamen ad specialem gratiam, & beneficentiam Dei: atque ea tanta fiducia petitur, ut petens secum statui deit, quod fors tulerit, amplecti tanquam divinum beneplacitum, & non tamquam ex sola Dei permissione profectum. Atque hinc modus, ut licitus sit, non petit extraordinarium Spiritus sancti influentium, sed satis est prudens ratio sumpta ex necessitate, & honestate causae, & ut aprior modus non appareat ad id dubium vincendum, & dummodo cum debita reverentia fiat, praemissa oratione, intentione, & dummodo ex sortium successu non sit periculum iniustitiae, aut alterius mali. Sic docet optime Suarez eodem cap. 12. numero 26.

88 Ultima conclusio Divinatoriae fortis sunt illicitae, & superstitioeae. Quia cum eis non deserviant rei cognoscendae, sed sint medium improporionatum, & vanum, admiscetur in eis tacita demonis invocatio. Quare jus quoque Canonice eas interdicit, e. Si quis Episcopus, & e. Sequenti 26. qu. 5. Et in motu proprio Sixti V. contra astrologos. Atque ita docet D. Thom. ab omnibus receptus 2. 2. qu. 95. art. 8. in corpore.

89 Ad cognoscendam autem harum sortium malitiam oportet advertere, quandoque eas esse speculativas, quia, scilicet, ad solam cognitionem alicuius rei occultae ordinantur, ut ad divinandum, quis sit parturus victoriam, aut cathedram obtenturus. Et tunc solam superstitioem malitiam participant. Aliquando vero sunt practicae, ut quia ordiantur ad aliquod agentium, ut ad cognoscendum delinquentem occultum, & illum puniendum &c. Et tunc ultra superstitioem malitiam continent aliam iniustitiam, infamationis proximi, & iniustitiam punitionis, delicto non probato. Ut supra explicuimus, & docet Suarez eodem cap. 12. nu. 29.

De penis, & libris divinatorum, & de obligatione restituendi accepta ob divinationem, & maleficia.

S U M M A R I U M.

An sit iure lata excommunicatio in quocumque divinatorio, vel alligantes demonem, eunve invocantes, aut adorantes? num. 90. & 91. Anathema, aut excommunicatus sit, an claudat excommunicationem? n. 91. An inquisitores soli puniant divinatores, & alios superstitiois utentes? n. 92. Qualiter libri omnes huius artis interdici sint, ac integrum sit inquisitoribus punire tenentes eos? n. 93. Qualiter divinatores, & malefici teneantur pretium divinationis, & malefici restituere? n. 94. 95. & 96.

90 Tandem agendum est de penis iure statutis adversus divinatores, & alios maleficos. Et quia sola excommunicatio pertinet ad sortium conscientiam, constat enim eos nullam suspensionem, aut irregularitatem incurere, ideo de sola illa agam, & quidam aliqui sentent latam esse excommunicationem adversus clericos fortibus divinatorios utentes. Ita Martinus del Rio lib. 4. disputat. magnum, c. 2. 2. 7. sectioe 4. Probat ex c. Si quis Episcopus, & c. Aliquanti 26. qu. 1. At in priori textu nil dicitur de excommunicatione: in posteriori autem sic dicitur: ab Ecclesia habeatur excommunicatus, sed non esse imputabile Suarez, tom. 1. de religione, lib. 2. de superstitioe, c. 19. n. 5. Ducitur ex c. 26. qu. 5. ibi: Si quis arbor arripuerit, aut incantaverit, observaverit, aut physiciarii usus fuerit, anathema sit. Nam haec verba anathema sit, aut excommunicatus sit, continent excommunicationem latam, & non solum ferendam: ut docent multi, quos retuli lib. 7. de matrim. disp. 12. n. 2. Et ultra alios docet Suarez, eo c. 19. n. 3. & 4. 7. in 3. p. disp. 3. sect. 3. n. 4. Refertur insuper pro hac sententia quaedam Extravagans Joann. XXII. quae incipit, Super illius. Quae quidem inter Extravagantes eius in corpore iuris insertas, non habetur. Sed eam esse refert Tabiena verb. Excommunicatio 5. casu 4. n. 1. Atque eam refert directiorum inquisitionum 2. p. 9. 43. in qua solum fit mentio de invocantibus demonem, vel alligantibus illum in natio aliqua, vel eum adorantibus, vel eam eo pactum ineuntibus, vel ipsi imolantibus, & tunc tantum, quando quidquam horum facere praesumpserit.

91 Sed verius est, nullam esse excommunicationem in hoc latam, sed tantum ferendam. Quia textus e. Si quis Episcopus nil de excommunicatione tractat, & c. Aliquanti eundem utatur verbo futuri, habeatur, continet sententiam ferendam. Atque verba contenta in c. 1. 26. qu. 5. Anathema sit, est probabilis non continere sententiam latam, sed ferendam. Ut aliquibus citatis probavi libro 7. de matrimonio, disputatione 12. nu. 2. & ultra ibi allegatos tenet loquens de his verbis, excommunicatus sit, Navarra. summa Latina c. 27. nu. 12. quamvis in Hispana eod. n. 12. contrarium tenetur. Idque probat, quia verbum, sit est futuri temporis, aut saltem ambiguum, an sit futurum optativi modi; aut praesentis subjunctivi, & ideo in hoc dubio iuris est in partem par-



